

Bulla 5<sup>ma</sup> d. n. p. iij pp. iii Indictionis seu prosecutionis  
Concilij in Cittate Tridentina, ad festum Paschalis 20.  
surrectionis d. n. Anno 1561. datz xxix. nouemb. 1560.

(5)

PIVS EPVS SERWS SERVORVM DEI AD PERPETIAM REI MEMORIAM

Ad Ecclesie regimen, sicut tanto oneri impari, sola Dei dignatione  
vocati statim circumferentes mentis oculos per omnes Rmp. Cris-  
tianarum partes, cernentesq. non sine magno horrore quam longe  
lateq. per hanc Heresem et Schismatis persuasosset, et quanta Cor-  
istiani populi mores correctione indigerent, in eam curam, et  
cogitationem pro suscepti muneris officio in eum cibere cepimus.  
quemadmodum ipsas hereses extirpare, tantumq. et tam  
perniciosum Schisma tollere, moresq. adeo corruptos, et deprava-  
tuos emendare possemus. Cumq. autem intelligeremus ad  
Ecc sananda mala expressum esse remediu, quod sancta Ecc  
sedes adhibere consueisset. Oecumenici generalisq. Con-  
cily. eius congregandi; et Deo inuante, celebrandi Concilium  
cepius: indictum quidem illud antea fuit a fe. re. Paulo  
III. et eius successore Iulio predecessorib. nr̄is, sed uarijs de  
causis saepius impeditu et interpellatu perfici non potuit,  
Si quidem Paulus cum id primo in urbem Mantuanam, deinde  
Vicentiam indixisset, quasdam ob causas in Literis eius ex-  
pressas id primo suspendit, postea Tridentu transfulit  
Deinde cum quibusdam de causis ibi quoq. eius celebrandi  
tempus delatum fuisset. tandem suspensione sublata, in  
eadem Cittate Tridentina incoatum fuit, Verum sessio-  
nibus aliquot Sabitis, et nonnullis Decretis ipsum se postea  
Concilium aliquib. de causis (accidente etiam sedis ap. auct.)  
Bononiam transfulit, Iulus autem qui ei successit, in eandem  
Cittatem Tridentinam id renouavit: quo quidem tempore

facta alia quadam Decreta sunt. Sed cum non in propinquis Ger-  
 mania locis tumultus excitati fuissent, et Bellum in Italia et  
 Gallia gravissimum exarsisset, versus Concilium suspensum et dilatatum  
 fuit, adiuuante nimizum humani generis hoste, aliasq. ex alijs diffi-  
 cultates, et impedimenta obijcente, ut eantum Ecclesia comodum, quod  
 processus auferre non poterat, saltem q̄d autissime retardaret. Quanto  
 pere vero interea aulta fuerint, et multiplicata, ac propagata heresies,  
 quanto pere Schisma creuerit, sine maximo animi dolore nec meminisse  
 possumus, nec referre. Sed tandem pius et misericors Dominus, qui  
 nunq̄ ita irascitur, ut misericordia obliuiscatur. Regibus et Princi-  
 piis Christianis pacem et unanimitatem dare dignatus est, qua  
 nos occasione obblata maximam in spem uenimus, misericordia feti-  
 fore, ut ys tantis quoq; Ecclesia malis eadem Concilij via finis impo-  
 natur. Nos itaq; ad Schisma, heresiesq; tollendas, ad corrigendos et  
 reformatos mores, ad pacem inter Christianos Principes conseruan-  
 dam, celebrationem eius non esse duximus duntus differendam.

Habita ytre cum uenerabilib; fratribus nr̄is S. R. e. (Cardinalib; libe-  
 ratione matura, factis etiam consiliū nr̄i certiorib; clarissimis  
 in Christo filiis nr̄is Ferdinando Romanorū Imperatore Clebo,  
 et alijs Regibus, atq; Principibus, quos quidem, sicut de eorum  
 summa pietate et sapientia nobis prolicebamur, paratissimos ad  
 ipsius Concilij celebrationem adiunquandam inueniemus. Ad Dei  
 omnipotentis laudem, honorum et gloriam, atq; universalis ecclesie  
 utilitatem, de eorundem fratrum nr̄i consilio et assensu, sacru-  
 m̄ Documenicum et Generale Concilium auctoritate eiusdem Dei  
 et beator. Petri et Pauli Apostolor. qua nos quoq; in terris fungimur  
 fleti; et submixi; in Cittate Tridentina ad sacratissimum Iucem

Resurrectionis Domine proxime futurum indicamus, et ibi  
celebrandum, sublata suspensione quacunq;. Statuimus atq;. de  
cerimonia. Quocirca uenerabiles p̄es n̄os omnibus ex locis Patri  
areas, Archediepiscopos, Ep̄os, et dilectos filios Abbates, ceterosq;  
quibus in Concilio Gnali sedere, et sententiam dicere iure co  
muni, uel ex privilegio, uel ex antiqua consuetudine licet, ne  
Sementer in Dño fortamur, et monemus, atq;. etiam distrette prae  
cipiendo mandamus in uirtute sancte obedientiae, in uero quod  
Iuramenti, quod presterunt, et sub panis, quas in eos, qui ad  
Concilia generalia conuenire neglexerint, sacris sciunt esse Ca  
nombus constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum conue  
niant, intra eam diem, nisi force impedimento fueroit legitimo  
præpediti, quod tamen impedimentum per Legitimos proce  
ssatores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes  
et singulos quorum interest, interesse ne poterit, ut in Concilio  
adesse ne negligant, Parissimos vero in Christo filios nostros  
Romanos, Imperatorem electu, ceterosq;. Reges, et Princi  
pes, quos optandum sane esset Concilio interesse posse, for  
tamur et rogamus, ut si ipsi Concilio interesse non potuerit  
at Oratores suos prudentes, graues et tuos uiros utq;. mittat,  
qui ipsorum nomine illi intersint, currentq;. diligentem pro sua pi  
etate ut ex eorum Regnis atq;. Dominis Praelatis sine excusa  
tione, ac mora tam necessario tempore Deo, et Ecclesie officium  
suum præfert, eosdem etiam curatores esse minime dubita  
tes, ut per ipsorum Regna et Dominia tutum ac liberum iter  
Praelatis, eorumq;. familiarib. Comitib. et alijs omnibus ad

Conc."

Concilium euntibus, et ab illo redeuntib. patet, benigneq. ac  
 comiter omnibus in locis recipiantur, atq. tradentur. Sicut  
 quod ad nos affermet ipsi quoq. curabimus, qui nihil omnino pra  
 termittere decreuimus, quod ad <sup>rum</sup> pium et salutare opus perficiendu'  
 a nobis in Eo loco constitutis prefari possit, nihil ut Deus scit,  
 querentes aliud, nihil propositum habentes in Eo concilio celebrati  
 lo, nisi honorem ipsius Dei, dispersar, ouium reductionem, ac salutem,  
 et perpetuam Christiana Reip. tranquillitatem, ac quietem. Ut  
 vero haec litera, et que in eis continentur ad omnium, quos oportet,  
 notitiam perueniant, nec quisq; ex excusatione utri ponit, quod  
 illa ignorauerit, presentem cum non ad omnes, quos de Eis litteris  
 certiores fieri oportet, tutus forsitan patet aditus. Volumus  
 et mandamus ut in Basilica Vaticana principis Sportolor, et  
 in Ecclesia Lateranen, tunc cum in eis populus, ut Missar,  
 solemnib. intresit, congregari solet, palam clara voce a Curia  
 nostra cursorib. seu Notariis aliquibus publicis recitentur, et i <sup>ucemq. Cancellaria Ap<sup>pe</sup></sup>  
 postq; recitata fuerint, ad ualas earum, Ecclesiarum ibi, quo legi, <sup>et in solito loco campi</sup>  
 Flora affigantur.  
 et omnib. innotescere possint. aliquam diu relinquuntur, cum  
 autem inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa  
 remaneant. Hoc enim per recitationem sanc, publicationem, et  
 affixionem omnes et singulor, qui Eis litteris comprehenduntur  
 post duos menses a die publicationis et affixionis earum, volumus  
 perinde astriatos et obligatos esse, ac si ipsi met illae coram  
 edier, et letta fuissent. Transumptis quoq. earum, qua manu  
 publici alicuius Notarii scripta, subscripta, et sigillo, ac sub-

scriptione aliquius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta  
mumca fuerint. Ut sine dubitatione aliqua, fides habeatur, man  
damus atq; decernimus. Nulli ergo omnino Sominum sicut  
Eane paginam nr̄e Indictionis, Statuti, decreti, præcepti  
admonitionis, et adhortationis infringend, vel ei ausu teme  
ario contrarie. Si quis aut̄ Eoc attentare præsumperit  
indignationem omnipotenter Dei, ac Beatorum Petri et Pauli  
Apostolorum cuius se moverit mensurum Dat̄ Roma apud  
sanctum Petrum Anno incarnationis Domini milles.  
quingentesimo sexagesimo. Tertio Sat. Decembris.

Pontificatus m̄t Anno Primo

+ Ego Pius catholice ecclesia ep̄us



- + Ego R. Cardinalis de Carpo Ep̄us Portuense
- + Ego F. Cardinalis Piccolomini Ep̄iscopus Tusculanus
- + Ego Fid. Car. Cesius, Ep̄us Prenestin'
- + Ego Fortes Car. Moronius, Ep̄us Albanen'
- + Ego Christoforus Madruetus Car. Tuden'
- + Ego Octo Trucces Car. Augustanus
- + Ego Ty. Car. Grisibus.

9

Ego Jo. Mi. Cardinale Saracenus  
Ego Iosephus Car. <sup>ls</sup> s<sup>ti</sup> Vualis  
Ego Jo: an. Car. <sup>ls</sup> Messanen  
Ego Ia. Car. <sup>ls</sup> Puccus  
Ego Jo. Ba. Car. <sup>ls</sup> sancti Clementis  
Ego Scipio Car. Pisars  
Ego Jo: Car. <sup>ls</sup> Beccanarius  
Ego Jo: Antonius Car. <sup>ls</sup> Capuccus  
Ego Teod. Car. <sup>ls</sup> Gaddus  
Ego F. M. Car. <sup>ls</sup> Alexandrinus  
Ego Clemens Car. <sup>ls</sup> Araceli  
Ego Jo: Ant<sup>s</sup> Card. s<sup>ti</sup> Georgij  
Ego A. Cardinale Farnesius Viccancellarius  
Ego Gui. Asc. Card. Samerarius  
Hep. Car. Ferrarens  
Ego I. Car. <sup>ls</sup> Urbini  
Ego Aloy. Car. Cornelius  
Ego Hier<sup>s</sup> Simoncellus  
Ego Vitellotus Car. Vitellius  
Ego Jo: Car. <sup>ls</sup> de Medicis  
Ego Carolus Car. <sup>ls</sup> Borromaeus